

tionem primam. Constitutionem & acquisitionem tempore interdum simul esse, & in uno eodemque negotio velut mutuo concurrere.

(f) l. ult. ff. quibus ex causis in possessionem eatur, l. si praedium 4. C. de eviction.

(g) t. t. pro donato.

(h) t. t. pro legato.

(i) t. t. pro dote. L. 1. C. de fundo dotali. L. si ego 9. §. 1. ff. de jur. dot.

(k) t. t. de Verb. Obligat.

(l) Quale est pactum retrovenditionis; nam qui sub hoc pacto emit, dominus fit, l. 2. C. de pact. interempt. ac vendit. pactum legis Commissoriae l. fin. ff. de leg. Comm.

(m) lib. 1. feud. tit. 25. lib. 2. de feudis tit. 1. vid. hic cum prius modo laudatum D. Suevum dicto loco hac thes. lit. e.

(n) Rauchb. part. 1. quest. 46. n. 18. Et Magnificus D. Carpz. part. 3. Const. 16. def. 10. n. 8. per L. à Divo Pio 15. §. si pigora 3. ff. de re judicat. L. ult. §. si vero nemo 2. §. seq. Cod. de jure domini impetr.

(o) L. sunt & alie 3. §. 1. in fin. ff. de public. in rem action. L. 7. pr. eodem.

XVI.

Ab his causis differunt (a) modi acquirendi dominium, qui omnino sunt duplices, vel naturales, vel civiles. (b)

(a) Vulgo domini constitutionem, & ejus causas cum acquisitione sive modis ejusdem acquirendi confundunt; Rectius tamen ab aliis discernuntur ab invicem; fundamentum ponimus in eo, quod sola traditio sine causa dominium non transferat. per l. 31. ff. de acq. rer. dom. Econtrario nec solus titulus, nisi sequatur traditio l. 15. C. de rei vindicat & in supra laudata l. 1. §. seqq. ff. de public. in rem act. quo etiam collimare videtur Dn. Treutlerus disp. 20. thes. 2. lit. a. quod tamen Bacchovius ibidem restringit ad unicum traditionis modum, sed perperam. Hoc observatur etiam in feudis; ubi feudi constitutionem, ab ejusdem acquisitione non sine ratione discernunt,

C

nunt,